

1891.  
respondere, tamna prefata Terrestria simpliciter  
taxata Luce, Inscriptio presenti satisfacere, ac  
omne iudicium pati debeat et tenebitur, seque ac suos  
successores ad eadem omnia inscribit et obligat presentem  
illum Terminum primum peremptorium et alios omnes  
exinde consequentes Causa eiusdem Terminos semper  
peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minore rari-  
tate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum ser-  
uitio militari, ad munimenta, ad quietem, vel alios  
quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non  
differeudo, ad quietationem praeterca ultra proxi-  
mos Officiis prefati Castrensis Capitanealis Prami-  
shensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nec  
laque Motiones Appellationes, ac eorum prosecutio-  
nes faciendo, ac praemissa omnia Bonis simplicibus  
vel triplicibus Evasionibus suspensionibus fatalibus Ju-  
ris, praescriptione Terrestri, bello, Conventio neque ac aliis  
omnibus Iuris remediis et defensis non subterfigiendo nec  
modo alio quovis evadendo, Hac sua presenti personali  
Recognitione ad praemissa omnia mediante.

## Kulczycki alterum quietat

Comparens personaliter coram Officio et Actis presentibus  
Castrensis Capitanealis Pramishensis Nobili  
Stephanus Kulczycki Wolzho Januzmente et corpore  
existens a Terris, Districtibus, Iuris Iurisdictionibus  
suis quibusvis pro priis et competentibus recedendo  
praesentem vero Castrensi Capitaneali Pramishensi  
Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, secum suc-  
cessionibus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter.

707

1892  
et plenarie incorporando atque subicendo palam libe-  
re, publice, ac per expressum recognovit, quia ipse Alexander  
Theodorum Kulczycki Melliconiz, olim Nobilis Pauli Kul-  
czycki Melliconiz filium, eiusque Posteros de Summa Cen-  
tum Florenarum Polonicarum, sibi Recognoscenti, per  
eundem olim Alexander Paulum Kulczycki Melliconiz Pa-  
rentem ipsius coram Actis Terrestribus Pramijsiensibus  
Feria Tertia post Festum Sanctae Agnesis Virginis et  
Marthae proxima, in Anno Millecento Sexcentesimo Qua-  
dragésimo ipso modo simpliciter debiti inscripta, et super  
Litis ipsius generaliter omnibus ad solvendum asserata,  
nec non et de eadem Inscriptione Debitorea Terrestri  
Pramijsiensi omnibusque illis contentis ob praestitam  
sibi Recognoscenti plenariam et sufficientem satisfactio-  
nem summsque supra scripta Centum Florenarum Poloni-  
carum, per manus Suprascripti Nobilis Theodori Kulczy-  
cki realem et effectivam persolvitionem quietat expresse,  
dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat,  
Inscriptionem eandem Debitoream cum omnibus illis con-  
tentis et conditionibus intacto et per omnia capiat, maneat  
et annihilat presentibus, sibi suisque Posteris rati-  
one praestituta perpetuum imponendi silentium.

4 VII  
Feria Secunda post Festum  
Visitacionis Beatissime  
Virginis Mariae proxima,  
Anno Domini Millesimo  
Sexcentesimo Septua-  
gesimo Primo.